Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



301

TOLORU

Cum uidisset autem simon quia per
impositionem manuum apostolorum daretur
spiritus sanctus: obtulit eis pecuniam dicens.
Date et mihi hanc potestatem. ut
cuicumque imposuero manus accipiat spi
ritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum.
Pecunia tua tecum sit in perditionem:
quia donum dei existimasti pecunia
possideri. Non est tibi pars neque sors
in sermone isto. Cor enim tuum non est
rectum coram deo. Poenitentiam itaque
age ab hac nequitia tua: et roga dm
si forte remittatur tibi hec cogitatio
cordis tui. In felle enim amaritudinis.
et obligatione iniquitatis uideo te esse.
Respondens autem simon dixit. Precami
mini uos pro me ad dnm. ut nichil
veniat super me horum que dixistis. Et
illi quidem testificati et locuti uerbum dei
redibant hierlim: et multis regionibus
samaritanorum euangelizabant. Angelus
autem dni locutus est ad philippum dicens.
Surge et uade contra meridianum. ad
uiam que ducit ab hierlim in gazam:
hec est deserta. Et surgens abiit. Et ecce
uir quidam ethiops eunuchus potens
candacis regine ethiopum. qui erat
super omnes gazas eius. uenerat adora
re in hierlim: et reuertebatur sedens super
currum suum: legensque ysaiam prophetam.
Dixit autem spiritus philippo. Accede et
adiunge te ad currum istum. Accurrens
autem philippus: audiuit eum legentem
ysaiam prophetam. Et dixit. Putasne i
telligis quae legis: Qui autem. Et quomo
do possum. si non aliquis ostenderit mihi.
Rogauitque philippum ut ascenderet
et sederet secum. Locus autem scripture
quam legebat erat hic. Tanquam ouis
ad occisionem ductus est: et sicut agnus
coram tondente se sine uoce. sic non
aperuit os suum. In humilitate
iudicium eius sublatum est. Generatio
nem eius quis enarrabit: Quia tol
letur de terra uita eius. Respondens autem
eunuchus philippo dixit. Obsecro
te de quo propheta dixit hoc de se an de
alio aliquo: Aperiens autem philippus
os suum. et incipiens a scriptura ista:
euangelizauit illi dnm. Et dum irent
per uiam: uenerunt ad quandam aquam.
Et ait eunuchus. Ecce aqua. Quis
prohibet me baptizari: Dixit autem
et philippus. Si credis ex toto corde
licet. Et respondens eunuchus ait. Cre
do dei filium esse dnm xpm. Et iussit
stare currum. Et descenderunt uterque i
aquam. philippus et eunuchus. Et
baptizauit eum. Cum autem ascen
dissent de aqua: spiritus dni rapuit phi
lippum: et amplius non uidit eum
eunuchus. Ibat autem per uiam suam
gaudens. Philippus autem inuentus est
in azoto: et pertransiens euangelizauit
ciuitatibus cunctis donec ueniret ce
sarea.

Saulus autem. viij. sarcam.
adhuc spirans minarum et
cedis in discipulos dni: accesit
ad principem sacerdotum. et petiit ab
eo epistolas in damascum. ad synagogas:
ut si quos inuenisset huius uie uiros ac
mulieres uinctos perducere in hierlim. Et
cum iter faceret: contigit ut ad prope
quaret damascum. Et subito circumful
sit eum lux de celo: et cadens in terram
audiuit uocem dicentem sibi. Saule
saule. quid me persequeris: Qui dixit.
Quis es dne: Et dns ad eum. Ego
sum ihesus nazarenus quem tu persequeris.
Durum est tibi contra stimulum calci
trare. Et ille tremens ac stupens dixit.
Dne: quid me uis facere: Et dns ad eum.